Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38221
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



dignum morte actum est. Et mendatum esse illum
dimittam. Necesse autem habebat dimittere eis per
diem festum unum. Exclamauit autem simul uniuersa
turba dicens, Tolle hunc. & dimitte nobis barrabban.
qui erat propter seditione quandam facta in ciuitate
& homicidium missus in carcere. Iterum autem pilatus
loquutus est ad illos uolens dimittere ihm. At illi subda
mabant dicentes crucifige crucifige illum. Ille autem
tertio dixit ad illos. Quid enim malefecit iste. nulla
causam mortis inuenio in eo. Corripiam ergo illum & di
mittam. At illi instabant. uocibus magnis postulantes
ut crucifigeretur. & inualescebant uoces eorum.
Matheus huic conatui pilati quoque pius cum eis erat. uolens
ut dimitteret uir ihs paucissimis uerbis satis ad testatus est.
ubi ait. Videns autem pilatus. quia nihil proficeret
sed magis tumultus fieret. Quod non diceret nisi multa
ille missus esset. quamuis tacuerit quotiens hoc efficere
temptauerit ut eruerit ihm furorem eorum.
Et lucas itaque ita concludit quod actum est apud praesidem
& pilatus inquit adiudicauit fieri petitionem eorum.
Dimisit autem illis eum qui propter homicidium & seditio
nem missus fuerat in carcerem quem petebant. Ihm uero
tradidit uoluntati eorum. Nunc eadem secundum
iohannem consideremus. Id est quae per pilatum facta
sunt. Ipsi inquit non introierunt in praetorium
ut non contaminarentur. sed manducarent pascha.
Exiit ergo pilatus ad eos foras & dixit. Quam accusa
tionem ad festis aduersus hominem hunc. Respon
derunt & dixerunt ei. si non esset hic malefactor.
Non tibi tradidissemus eum. Hoc uidendum est. ne
contrarie. & quod lucas dicit. Cesta in eum dicta ec
crimina. & dicit quae dicta sint. Coeperunt autem